



Per.  
Lat  
020

## LATIN NYELVŰ LAP A TANULÓIFJÚSÁG SZÁMÁRA

Moderator (szerkesztő — Schriftleitung) Ios. WAGNER  
DR. Budapest, XI., Lágymányosi-utca 20. (telephon :  
68—6—34), ad quem epistulae et manuscripta mittantur

Administrator (kiadó — Geschäftsstelle) AL. REGÉNYI,  
Budapest, VII., Barcsay-u. 5. (tel.: 42—2—15), ad quem  
pecuniae dirigantur. (Postatak. csekksz. 57.292.)

Prodit Budapestini quotannis decies. Pretium subnotationis an. 1935—36. est pro Hungaria 3 pengoe; pro ceteris nationibus summa 4 pengoe adaequans, quae in Austria per gyrum A—37.880 aerarii comparsorum postalis Austriaci solvenda est (Einzahlung der Bezugsgebühr in Österreich auf das Postscheckkonto d. «Kgl. ung. Postsparkasse — Iuventus Budapest» b. Österr. Postsparkassenamt Wien A—37.880. Scheckblankette werden auf Wunsch von der Geschäftsstelle zugesendet). Quinis exemplaribus sextum gratuito additur.

## Eugenius Princeps Sabaudiae.

In diem mortis ducentesimum.

Scripsit Otto Forst de Battaglia prof.

Austria semper ingenia maxime egregia attraxit, ut auctores<sup>1</sup> et defensores sui excellen-  
tissimi ex omnibus regionibus Europae venirent.

Pater Eugenii, ex comitibus Suessionensi-  
bus\*, illo genere ortus  
est, quod solio<sup>2</sup> Italiae  
potitus etiam hodie  
regnat. Puer gravitatis  
praematurae X annos  
natus patrem amisit et  
carens pulchritudine  
propter staturam hu-  
milem ad ordinem cle-  
ricorum<sup>3</sup> destinatus est.  
Eugenius tamen mili-  
tiam capessere et parti-  
ceps vitae publicae esse  
cupiebat. Sed Ludovicus XIV. aditum mi-  
litiae «sacerdoti parvo»<sup>4</sup>  
negavit.

Cum anno 1683. Tur-

cae Vindobonam, urbem Caesarum capturi  
incederent, duo filii viduae<sup>5</sup> comitis Sue-  
sionensis profecti sunt, ut in exercitu Austriaco  
gloriam sibi a rege Francogalliae negatam  
parerent. Frater natu-  
maior Eugenii initio  
belli adversus sectato-  
res<sup>6</sup> Muhamedi<sup>6</sup> mortem  
obiit. Paulo post Euge-  
nius noster Passaviae<sup>7</sup>  
a Leopoldo I. Caesare  
illuc profugo benevolen-  
tissimē acceptus exerci-  
tum Austriacum iniit.  
Joanne Sobieski rege



<sup>1</sup> alkotók (írók, művé-  
szek) = Schöpfer \* Soisson

<sup>2</sup> trón = Königsthron <sup>3</sup> papi-  
rend = geistlicher Stand


<sup>4</sup> «a kis papnak» = dem «klei-  
nen Abbé» <sup>5</sup> özvegy = Witwe

<sup>6</sup> hitetlen = die Ungläubigen

<sup>7</sup> Passau



Poloniae et Carolo principe Lotharingiae ducibus particeps Vindobonae liberandae erat; in bello eminuit adeo, ut iuvenis vix XX annorum praefectus equitum declararetur. Hungariam, sedem victoriarum posteriorum penitus cognovit et peritus rationis<sup>8</sup> belli<sup>8</sup> inimicorum Turcarum factus est. Saepe animum fortissimum praestitit. In obsidione Budae anno 1686. equus, in quo sedebat, plumbo confectus est,<sup>9</sup> ad Taurunum<sup>10</sup> autem anno 1688. etiam ipse graviter vulneratus est.



Statua equestris Eugenii principis ante domum regiam in arce Budapestinensi.

Deinde ad Rhenum adversus Francogallos pugnabat. Anno 1690. imperium sui iuris<sup>11</sup> primum accepit. Anno 1697. a Leopoldo I. adversus Turcas imperio<sup>12</sup> affectus<sup>12</sup> ante diem III. Idus Septembres ad Zentam exercitum Turcarum fudit fugavitque. Pax gloriosissima in oppido Carolowitz facta, quae certamen<sup>14</sup> supremum<sup>14</sup> annorum XVI Crucis et Lunae<sup>13</sup> dimidiatae<sup>13</sup> anno 1699. confecit, victoriarum illarum principis Eugenii fructus est. Ita Hungaria Occidenti recuperata est.

Tum pro domo Austriacā in Francogallia pugnavit. Nunquam bellum pro ipso bello gessit, sed pacis impetranda causā, quae oppositionem Francogalliae et Austriae tolleret.

Mox bellum novum contra Turcas exortum est. Eugenius in Hungariam, sedem tot victo-

riarum festinavit. Opera<sup>15</sup> belli<sup>15</sup> arte solitā regebat. Pugnā ad Petrovaradinum anno 1716. atque occupatione Tauruni anno 1717., quae in carmine populari de «Equite Nobili»<sup>16</sup> dicto in aeternum vivit, pax in oppido Passarowitz anno 1718. factum extorta est<sup>17</sup>, per quam imperium Habsburgorum spatium maximum est adeptum.

Imperator maximus praemium indignum accepit. Domum rediens se contra calumnias invidiosorum defendere debuit. Eugenius auctoritate privatus ex urbe Vindobonā Bataviam a sé conservatam regebat, de quā optime meruit.

Etsi Eugenius puer eruditionem scholae accuratam non accepit, ingenium naturale, intelligentia celerrima, studium<sup>18</sup> omnium pulchrorum et cognitione dignorum hanc inopiam supplevit. Princeps noster artis peritus thesauros in duabus mirabilibus aedibus factis ab ingeniosissimis architectis, nomine Hildebrando et Fischerio de Erlach, Vindobonae in palatio in viā Himmel-pfort et in illo clarissimo

Belvedere, quod etiam hodie decus nobile urbis Vindobonae est, — conservavit.

Ante diem XII. Kal. Maias anno 1736. Eugenius, sicut saepissime, in domo amicae facetissimae viduae comitis *Bathyány* comorabatur. Horum mensium aliquot<sup>19</sup> aegrotans tamen mortem appropinquare haud putabat. Sed nocte solus et tranquillus in aeternum obdormivit. Horā eādem leo a principe aequē atque aliae bestiae superbae vivarii<sup>20</sup> eius, valde dilectus mortuus esse traditur.

<sup>8</sup> harcmodor = Kampfesweise    <sup>9</sup> kilötték alólá = wurde erschossen    <sup>10</sup> Belgrad    <sup>11</sup> önálló = selbständig    <sup>12</sup> a fővezérlettel megbízva = mit dem Oberbefehl betraut    <sup>13</sup> félhold = Halbmond    <sup>14</sup> döntő küzdelem = Entscheidungskampf    <sup>15</sup> hadműveletek = Kriegsoperationen    <sup>16</sup> «nemes lovag» vom «Edlen Ritter»    <sup>17</sup> kikényeszerít = erzwingen    <sup>18</sup> érdeklődés = Interesse    <sup>19</sup> hónapok óta = seit Monaten    <sup>20</sup> állatkert = Menagerie

Vindobonae ante diem XIII. Kal. Maias  
huius anni solemnia maxima in memoriam prin-  
cipis Eugenii celebrata sunt. Legationes mili-  
tares Germaniae, Italiae, Hungariae in cryptā  
monumenti heroum Austriaci corōnas magni-  
ficas posuerunt. *Dion. Kövendi.*

### *Dux Eugenius.*

Carmen populare in Latinos versus redactum ab *Ottone Schmied* Vindobonensi.

Dux Eu - ge - nius e - ques pu - rus  
Cae-sa-ri re-cup(e)ra tu-rus Urbem, arcem Belgra-di  
In Da - nu - viō pon - tem fe - cit  
Per quem co - pi - as tra - ie - cit  
An - te moe - nia op - pi - di.

2. *Ponte facto sine claustro*  
*Possunt cum tormento, plaastro*  
*Transgredi Danuvium:*  
*Ad Semunum tum vallantur,*  
*Inde Turci ut pellantur,*  
*Quis<sup>1</sup> sic fit ludibrium.*

3. *Et coorta tempestate*  
*In Augusto accurate*  
*Sunt relata nuntia:<sup>2</sup>*  
*Turcas modo frumentari,*  
*Quantum posset vestigari,*  
*Ter centena milia.*

4. *Quod Eugenius ut audivit,*  
*Tum legatos arcessivit*  
*Ilico cum ducibus.*  
*Diligenter hos docere,<sup>3</sup>*  
*Ut<sup>4</sup> deberent signa ferre*  
*Et prodesset impetus.*

5. *In contione est mandatum:*  
*Praestet quisque se paratum*  
*Ipsa nocte media!*  
*Cuncti equis tunc versentur,*  
*Ut cum hoste proelientur,*  
*Quorum vis sit propria!*

6. *Equis ilico vehuntur*  
*Atque gladii stringuntur,*  
*Exeunt tum taciti.*  
*Strenuum se praebet pedes*  
*Et virtute certat eques,*  
*Cuncti rixae cupidi.*

7. *Libratores<sup>5</sup> intra vallum*  
*Adiuvantes ludum malum*  
*Iaciunt libralia:<sup>6</sup>*  
*Glandes parvos et immanis*  
*Turcis mittunt ac paganis,*  
*Ut spargantur in fuga.*

8. *Dux Eugenius tegit latus*  
*Velut leo proeliatus,*  
*Generalis maximus.*  
*Ludovicus<sup>7</sup> clamat late:*  
*«O Germani, depugnate*  
*Hostem quemque funditus!»*

9. *Ludovicus est privatus*  
*Vita, nondum diu natus,*  
*Plumbo ictus occidit.*  
*Dux Eugenius valde dolens*  
*Atque eum valde colens*  
*Cis Danuvium sepelit.*

<sup>1</sup> = quibus <sup>2</sup> nuntium = nuntius <sup>3</sup> infinitivus histo-  
ricus (= docebat) <sup>4</sup> = quomodo <sup>5</sup> pattantyúsok (tü-  
zérek) = Konstabler (Büchsenmeister) <sup>6</sup> ágyúgolyó = Ka-  
nonenkugel <sup>7</sup> frater principis Eugenii.

## L. Junii Moderati Columellae De Re Rustica.

Lib. IX. 8.

*L. Junius Moderatus Columella* quo anno natus quove mortuus sit, memoriae non est proditum, sed ipse testatur se Gadibus Hispaniae ortum et Senecae temporibus vixisse. Ex inscriptione comperimus eum tribunum militum legionis VI. Ferratae in Syria meruisse.<sup>1</sup> Scripsit libros XII de re rustica, quorum decimum, qui est de cultu hortorum, hexametris complexus est. Optimos rei rusticae auctores sequutus, ut erat ipse experientissimus et diligentissimus agricola, libros suos calamistris<sup>2</sup> atque lenociniis<sup>3</sup> sermonis contemptis rei<sup>4</sup> ipsi pari et aequali oratione, qua nihil suavius et amabilius, elegantissime composit.

<sup>1</sup> szolgált = diente <sup>2</sup> cicoma = Schnörkelei <sup>3</sup> keresett édeskésség = gekünstelter Reiz <sup>4</sup> tárgy = Gegenstand.


### De comparandis apibus et quemadmodum silvestria examina<sup>1</sup> cipientur.

Examina vel aere<sup>2</sup> parta, vel gratuita<sup>3</sup> contingunt<sup>4</sup>. Sed quas pretio comparabimus, earum frequentiam<sup>5</sup> prius quam mercemur, apertis alvearibus<sup>6</sup> consideremus: vel si non fuerit inspiciendi facultas,<sup>7</sup> certe<sup>8</sup> id quod contemplari licet, notabimus<sup>9</sup>: an in vestibulo ianuae<sup>10</sup> complures consistant<sup>11</sup>, et vehemens sonus intus murmurantium exaudiatur. Atque etiam si omnes intra domicilium silentes forte con-

ex vicinia potius, quam ex peregrinis regionibus petantur, quoniam solent caeli<sup>18</sup> novitate<sup>18</sup> lassissiri.<sup>19</sup> Quod si non contingit,<sup>20</sup> ac necesse habuerimus longinquis itineribus advehere,<sup>21</sup> curabimus ne salebris<sup>22</sup> sollicitentur, optimeque noctibus collo portabuntur. Nam diebus requies danda est, et infundendi sunt grati apibus liquores, quibus intra clausum<sup>23</sup> alantur. Mox cum perlatae domum fuerint, si dies<sup>24</sup> supervenerit,<sup>24</sup> nec aperiri nec collocari oportebit alvum nisi vesperi, ut apes placidae mane post totius noctis requiem egrediantur: specularique<sup>25</sup> debemus fere triduo, numquid<sup>26</sup> universae se<sup>27</sup> profundant.<sup>27</sup> Quod cum faciunt, fugam meditantur.

At quae dono vel aucupio<sup>28</sup> contingunt. minus scrupulose<sup>29</sup> probantur<sup>30</sup>: quamquam ne sic quidem velim nisi optimas possidere, cum et impensam<sup>31</sup> et eandem operam custodis<sup>32</sup> postulent bonae, atque improbae: et quod maxime refert<sup>33</sup>, non sunt degeneres<sup>34</sup> intermischdae, quae infament<sup>35</sup> generosas.<sup>36</sup> Nam minor<sup>37</sup> fructus<sup>37</sup> mellis<sup>37</sup> respondet,<sup>37</sup> cum segniora<sup>38</sup> interveniunt<sup>39</sup> examina. Verumtamen quoniam interdum propter conditionem<sup>40</sup> locorum<sup>40</sup> vel mediocre pecus, nam malum nullo quidem modo parandum est, curam<sup>41</sup> vestigandis<sup>41</sup> examinibus<sup>41</sup> hac<sup>41</sup> ratione<sup>41</sup> adhibebimus.<sup>41</sup>

Ubicunque<sup>42</sup> saltus sunt idonei, mellifici,<sup>43</sup>



quiescent, labris<sup>12</sup> foraminis<sup>13</sup> aditus admotis,<sup>14</sup> et inflato<sup>15</sup> spiritu<sup>15</sup> ex respondente<sup>16</sup> earum subito fremitu poterimus aestimare vel multitudinem, vel paucitatem.

Praecipue autem custodiendum<sup>17</sup> est, et

<sup>1</sup> méhraj = Bienenschwarm      <sup>2</sup> pénzen = für Geld  
<sup>3</sup> ingyen = unentgeltlich      <sup>4</sup> lehet hozzájutni = werden erlangt  
<sup>5</sup> sűrűség = Dichtheit, Menge      <sup>6</sup> méhkas = Bienenkorb  
<sup>7</sup> lehetőség = wenn das nicht möglich war.      <sup>8</sup> feltétlenül = unbedingt      <sup>9</sup> megfigyeljük = beobachten      <sup>10</sup> scilicet = alvearii      <sup>11</sup> tanyáznak = sich aufzuhalten      <sup>12</sup> ajak = Lippe      <sup>13</sup> nyilás = Öffnung      <sup>14</sup> odaillesztjük = hinhalten  
<sup>15</sup> belefűjünk = hineinhauchen      <sup>16</sup> reagáló = reagierend  
<sup>17</sup> ügyelni = darauf achten      <sup>18</sup> az éghajlat szokatlansága = Ungewöhnlichkeit des Klimas      <sup>19</sup> nyugtalánít = aufregen  
<sup>20</sup> sikerül = gelingt      <sup>21</sup> szállít = zuführen      <sup>22</sup> hepehupás út = holpriger Weg      <sup>23</sup> zár, kas = Verschluss, Behälter  
<sup>24</sup> interdiu      <sup>25</sup> lés, vigyáz = aufpassen      <sup>26</sup> hogy vajjon = ob      <sup>27</sup> kirándul = hervorstürzen      <sup>28</sup> fogás útján = durch Einfangen      <sup>29</sup> alaposan = genau      <sup>30</sup> vizsgálni = prüfen  
<sup>31</sup> költség = Kosten      <sup>32</sup> gondozó = Aufseher      <sup>33</sup> megkivánja érdekkünk = unser Interesse erheischt      <sup>35</sup> korcs = entartet  
<sup>34</sup> megront = verschlechtern      <sup>36</sup> nemes = edel      <sup>37</sup> e méztermés nem fizet olyan jól = der Honig ergibt ein geringes Erträgnis      <sup>38</sup> lusta = träge      <sup>39</sup> keverednek közibük = sich untermengen      <sup>40</sup> helyi viszonyok = Ortsverhältnisse  
<sup>41</sup> a rajok kinyomozását a következő módon hajtjuk végre = das Aufspüren der Schwärme erfolgt in folgender Weise  
<sup>42</sup> mindenhol, ahol = überall, wo      <sup>43</sup> mézelő = Honig erzeugend

nihil<sup>44</sup> antiquius<sup>44</sup> apes, quam, quibus utantur,<sup>45</sup> vicinos eligunt fontes. Eos itaque convenit<sup>46</sup> plerumque ab hora secunda<sup>47</sup> obsidere,<sup>48</sup> specularique, quae turba sit aquantium.<sup>49</sup> Nam si paucae admodum circumvolant — nisi tamen complura<sup>50</sup> capita<sup>50</sup> rivorum<sup>50</sup> diductas<sup>50</sup> faciunt<sup>50</sup> rariores,<sup>50</sup> — intelligenda<sup>51</sup> est earum penuria, propter quam locum quoque non esse mellificum<sup>52</sup> suspicabimur.

At si comeam frequentes, spem quoque aucupandi<sup>54</sup> examina maiorem faciunt; eaque sic inveniuntur. Primum quam longe sint, explorandum est, praeparandaque in hanc rem liquida<sup>55</sup> rubrica<sup>55</sup>: qua cum festucis<sup>56</sup> illitis<sup>56</sup> contigeris apium terga fontem libantium,<sup>57</sup> commoratus eodem loco facilis redeuntes agnoscere poteris; ac si non tarde id facient, scias eas in vicino consistere: sin autem serius, pro morae<sup>58</sup> tempore aestimabis distantiam loci. Sed cum animadverteris celeriter redeunes, non aegre persequens<sup>59</sup> iter<sup>59</sup> volantium ad sedem perducēris<sup>60</sup> examinis. *Car. Acs.*

(Continuabitur.)

<sup>44</sup> legelőbb is = vorerst   <sup>45</sup> hogy abból igyanak = um davon zu trinken   <sup>46</sup> célszerű = ist am geratensten   <sup>47</sup> hajnal 6 órakor = um 6 Uhr morgens   <sup>48</sup> t. i. a forrás-víznél = an der Quelle   <sup>49</sup> vizrejáró, ivó = die Trinkenden   <sup>50</sup> a több ágban folyó patakok miatt a rajok szétszélevedve megritkulnak = infolge der mehrfach verzweigten Bäche die Schwärme auseinander fliegend dünnen werden   <sup>51</sup> következtetni lehet = daraus ist zu schliessen   <sup>52</sup> méhtápláló = geeignet zur Ernährung der Bienen   <sup>53</sup> járnak ide = aufsuchen   <sup>54</sup> vide 28   <sup>55</sup> folyékony piros festék = flüssige rote Farbe   <sup>56</sup> piros festékkal bekent pálcá = mit Rotfarbe bestrichener Stab   <sup>57</sup> szürcsülü = schlüpfend   <sup>58</sup> visszatérés = Rückkehr   <sup>59</sup> nyomon követve = ihre Spur verfolgend   <sup>60</sup> érkezel = gelangt man

me turbavit. Sex saeculis ante Florentinus ille magnus<sup>4</sup> Vergilio duce me visit et secessum meum posteris indicavit.

Iam me interpellant et Romani et exteri: tu, mi Desideri, epistulā tuā me istis perturbatoribus paulisper liberavisti et otium mihi paravisti piā tuā commemoratione et suavi colloquio de felici et haud inertī vitae meae curriculo. Quid poetis gratius quam prope fontem somniare et cum amico desipere<sup>5</sup> in loco? Tecum ibam iterum viā sacrā, tecum iterum corticem<sup>6</sup> dimovi amphorae<sup>7</sup> et longum artis poeticae carmen perlegi. Verē lyricis tuis litteris me delectasti. Sapere videris inter tot insipientes, qui scrutantur<sup>8</sup> in bibliothecis, unde satirarum argumenta<sup>9</sup> et metra Aeolica Sapphicaque sumpserim. Perge sapere, Desideri callide, vivere tu scis, novi ex ungue leonem. Epistula tua te ridendi arte pollere<sup>10</sup> monstrat.


Elysii typographi<sup>11</sup> et librarii<sup>11</sup> hoc bimillennii spatio operam et oleum non perdiderunt. Bene accedit, quod hiberno tempore plures solito moriuntur in vestra terra Aethiopes, quos Abyssinios appellatis, nonnulli huc advenerunt et, cum Latine scirent atque adeo carmina mea delibavissent,<sup>12</sup> adiuverunt librarios in distribuendis libellis et periodicis<sup>13</sup> undique allatis. Quanto verum gaudio tu me affeceris litteris tuis, dicere non possum. Effigiem tuam in «Iuventute» impressam execui et in porticu nostra exposui. En Hungarus, en poeta vere Latinus, etsi Latine non loquitur, tamen ridendo dicit mihi se Flacci non solum imitatem, sed aemulum esse. Mente mihi similis, sermone et veste dissimillimus. Quis vos Europaeos docuit vestibus uti tam tristibus? Quare poetae quoque maerent atrā et albā veste? Sed non licet mihi de rebus terrestribus iudicare. Ignosce mihi. Nil admirari ipse olim lectorem docui. Semper mihi constans mansi, nihil admiratus sum in Elysio. At hoc tempore mirari nos oportet in tantis rerum revo-

<sup>1</sup> elmésségektől szíporkázó = witzsprudelnd   <sup>2</sup> felüdítés = Erquickung   <sup>3</sup> berek = Hain   <sup>4</sup> Dante   <sup>5</sup> Úgy hébehóba édes bomlanunk» (Csengery) = «Süss ist alernes Tun zur Zeit», (Voss)   <sup>6</sup> dugó = Kork-Pfropfen   <sup>7</sup> boroskancsó = Weinkrug   <sup>8</sup> böngész, kutat = nachforschen   <sup>9</sup> anyag = Stoff für   <sup>10</sup> mestere vagy = bist Meister in der Kunst d. Lachens   <sup>11</sup> nyomdász és könyvkereskedő = Buchdrucker u. Buchhändler   <sup>12</sup> belekóstol = kosten   <sup>13</sup> füzetek és folyóiratok = Hefte und Zeitschriften   <sup>14</sup> visszatérés = Rückkehr

## Horatius Flaccus Desiderio Kosztolányi s. d. pl.

Martis Kalendis epistulam tuam salibus<sup>1</sup> scatentem<sup>1</sup> cum magno gaudio accepi. Natalis diei solemnia feliciter peracta esse radiophonice divulgatum est toto orbe. Paene me paenituit exegisse me quondam monumentum poëticum aere perennius. Inter multa in Elysio nostro negotia epistula tua mihi fuit dulce refrigerium.<sup>2</sup> Olim in praediolo Sabino beatā solidutine frui licebat. Diu in Elysii nostri lucis<sup>3</sup> amoenis solitariae vitae gaudio perpetuo ingenium meum alui. Nemo fere mortalium

lutionibus<sup>14</sup> et magnis experimentis. Volare vos per aëra et ascendere vos supra nubes nuper narravit nobis radiator<sup>15</sup>. Statim Daedalum et Icarum, qui nobiscum in Elysio versantur et bene mecum cuticulam curant,<sup>16</sup> certiores feci de magna ista de elementis victoriā. «Isti procedant in caelum sidereum, nos poētas non aequabitis» volatoribus nostris dixi. Nam idem et tu, mi Desideri, et ego Quintus poeta Venusinus appetimus: lyricis vatibus inseri et hominum docile genus adducere in sacrum Parnassi adytum.<sup>17</sup> Hoc erat in votis meis, hoc erit in tuis, collega seu potius consors muneris sacri. ¶ Iam satis de me scripsi. De te sit sermo. Nondum carmina tua a librariis Elysiis commendata sunt. Tu nosti, amice, carmina sodalium nobis gratissima esse etiam in hac beatitudine.



Delphinus (pag. 135.)

tudinis et refrigerii loco modesto. Cum Vergilio adhuc de Troia disceptatur<sup>18</sup> et de arte bene vivendi cum Seneca severo. At poetarum novorum opera fervidissima et impetuosa<sup>19</sup> recensere magis iuvat. Veteres lentā et patientissimā mente ad res suas accedebant. Vos mutavistis modum et impetum. Libenter lego versiones Dantis, Petrarcae, Racini, Sarbievii.\* Quando te legam et de te ad senatum nostrum referam? Promitto tibi lauream coronam et sellam curulēm. Nam et hic gloria magni aestimatur et ingenii opera pluris sunt quam facinora bellica. Curā igitur, ut carmina tua Latine mox reddantur et per Iuventutem eiusque nuntios sollertes ad nos «maiores natū» perveniant. Aemilius Lang rem non negleget. Ipsum adi et a me<sup>20</sup> salutatum<sup>20</sup> habe.<sup>20</sup>

Quodsi fieri poterit, ut radiator quidam usque in huius solitudinis spatia tacitura vocem suam canoram transmittat, ne tardaveris alloqui desiderantem te et grato animo laetantem Amicum bimillennarium. Vale et mei memento.

Dr. Philipps Osnabrugensis.

<sup>15</sup> rádióbemondó = Rundfunkansager <sup>16</sup> ápolják magukat = sich pflegen <sup>17</sup> szentély = Heiligtum <sup>18</sup> vitatkozni = disputieren <sup>19</sup> szenvédélyes = ungestüm \*Sarbiewski (1595—1640) poëta Polonus <sup>20</sup> add át üdvözletemet = richte einen Gruss von mir an ihn aus.



## LECTORIBUS MINIMIS.

### De piscatore et de maena.<sup>1</sup>

Aliquandō pescator pauper in litore piscaatur. Saepe rete eiecit, sed nihil capit.

Tandem decrevit sē rete ultimō eicere; in reti extractō maenam conspexit iacēre. Sed pescator pisces parvum pluris aestimavit, quam nihil, quam ob rem corripuit caudā, sed ille correptus dixit: «Piscator, noli me necāre! Lucro<sup>2</sup> maximo tibi erit, si mē non necaberis. Donabo te mercere pulchrā!» Piscator pisces in aquam reiecit, qui anellum<sup>3</sup> ex ore aureum misit in terram et: «Si forte in aquā in periculo fueris, — ait — converte anellum circum digitum, et statim tibi adero!» Quibus dictis in aqua ex oculis pescatoris evanuit.<sup>4</sup>

Verba piscis pescator tum creditit, tum non. Tamen anellum in digitum traxit. Tempus labebatur. Quamquam pescator rei oblitus est, tamen anellum in digitō gerebat. Aliquando, cum secundum litus piscaatur, lintrem<sup>5</sup> in aqua vidit. Vir in lintre remigans<sup>6</sup> cibum ā pescatore rogavit. Quo accepto atque consumpto narravit haec: «Ab rege iniuste accusatus sum, quod rex fieri vellem. Necare me rex voluit, sed fugā me ā morte eripui». Simul gratiās pescatori pro cenā atque potionē<sup>7</sup> egit et «Salve» dicens remigatione celeri abiit.

Vesperi pescator domum rediens navem militibus plenam appropinquare conspexit. Nautae clamantes quaesiverunt, vidissetnē fugitivum.<sup>8</sup> Ille negavit. Ob hanc rem militēs

<sup>1</sup> kis hal = kleiner Fisch <sup>2</sup> hasznodra lesz = Nutzen, Gewinn <sup>3</sup> gyűrű = Ring <sup>4</sup> eltűnik = verschwinden <sup>5</sup> csónak = Kahn <sup>6</sup> evez = rudern <sup>7</sup> ital = Trank <sup>8</sup> szőkevény = Flüchtling



eum ad regem crudelem vixerunt. Dux militum regi dixit eum scire viam fugativi, sed nolle prodere. Miser piscator regem atrocem humiliime salutavit, qui non nomen eius, vel quis esset, interrogavit, sed statim ita clamavit: «Vidistine fugitivum?» — «Vidi» — respondit piscator. — «Quō fugit?» — «Non dico» — «Cur?» — «Non carnifex<sup>9</sup> miseri ero.» Rex irā incensus piscatorem in vincula coniici et nocte in mare detrudi<sup>10</sup> iussit.

Sed tantum luce primā milites piscatorem in mare iecerunt.

Piscator in aquā versavit anellum circum digitum. Maena statim apparuit. «Quid — interrogavit — domine, imperās?» — «Auxilieris<sup>11</sup> mihi, quoniam non diu me sustinere in aquā potero.» «Esto! — respondit ille — statim adero, interim nabis!» Ecce cum maenā delphinus magnus advenit. Vir concendit magnum pisces, a quo in litus vectus est. Hic ecce, portentum<sup>12</sup> prodigiosum<sup>12</sup>: maena concussit se, et piscator illo loco regulum<sup>14</sup> corpore egregio vidit.

Dum mirabatur, regulus narrare suam historiam cooperat: «Regulus fui. Patris unicus filius. Maxime pater mē amavit. Sed non diu nōs sors amavit. Rex vicinus ille, qui te necare voluit, videbat patri, quamquam pater meus nunquam ei malefecit, ille tamen irascebatur patri, quia ipse filium habuit nullum et nescivit, cui regnum post mortem relinqueret, nam ne propinquum quidem, aut amicum benevolū<sup>15</sup> habuit! Quam ob rem beneficam<sup>16</sup> ad nōs misit! Mē autem illa duodecimum annum agentem per carmina<sup>17</sup> in pisces convertit<sup>17</sup> et in mare iecit. Postea dixit patri mē, si hominem iustum periculo liberavisse, denuo adolescentem fore. Hoc fēci, et ita ecce vir sum! His dictis, piscator regulum fortē in casam suam invitavit.

Postero die tempestas<sup>18</sup> magna in mari fuit. Vespere post tempestatem reliquiae<sup>19</sup> navis<sup>19</sup> undis in mari volvabantur. Vir quoque trabem complexū tenens<sup>20</sup> aquā volvebatur mortuus. Rex fuit, cuius navis certe tempestate fracta erat. Qui heri virum innocentem necaturus erat, iam ipse mortuus est. Nemo fugit poenam Dei!

Regulus ad regem, patrem suum rediit, qui cum filium cognosceret, magnō cum gaudiō, suaviatus<sup>21</sup> et amplexus<sup>22</sup> est, quem iam mor-

tuum putavit. Magnam cenam fecēre, fluebat vinum, trēs diēs noctesque epulabantur,<sup>23</sup> dum convivae cenīs ad unum omnēs defatigarentur.<sup>24</sup> Piscatorem mercede pulchrā rex donavit. Paulō post in regno, cuius rex in mari mortuus erat, iustus ille vir, qui olim appetitionis<sup>25</sup> principatus accusatus est, rex creatus est. Regulus autem amore<sup>26</sup> filiae piscatoris captus<sup>26</sup> virginem pulcherrimam, prudentem, et benignam in matrimonium duxit.

In cenā nuptiali rex gradaevus regnum filio tradidit. Piscator cum familiā etiam nunc in domo regis feliciter vivit, qui item etiam nunc regnat, nisi mortuus est!


Scripsit *Ladislaus Michácsik* disc. III. gym. Univ.

<sup>9</sup> hóhér = Henker      <sup>10</sup> lökni = stossen      <sup>11</sup> segít = helfen      <sup>12</sup> csodák csodája = ein übernatürliches Wunder      <sup>13</sup> megrázkódik = schütteln      <sup>14</sup> királyfi = Königsohn      <sup>15</sup> jóindulattú = gewogen      <sup>16</sup> boszorkány = Zaurerin      <sup>17</sup> elvarázsol, változtat vmivé = verzaubern      <sup>18</sup> vihar = Ungewitter      <sup>19</sup> hajórongs = Wrack      <sup>20</sup> belekapászkodik = umklammern      <sup>21</sup> megcsókol = küssen      <sup>22</sup> átölél = umarmen      <sup>23</sup> lakkározni = schmausen      <sup>24</sup> belefárad = ermüden      <sup>25</sup> trónra törekzik = Trachten nach Etw.      <sup>26</sup> beleszeret = verliebt

## Senator et medicus. (2.)

Scripsit *Steph. Biró*, Latine reddidit *Aem. Láng*.

Severianus cenatus<sup>45</sup> dormire voluit, sed somnum<sup>46</sup> capere<sup>46</sup> non potuit. Ex colloquio cum vaniloquo<sup>47</sup> Aegyptio magnam animo



molestiam<sup>48</sup> cepit. Orientales senatori praecipue in<sup>49</sup> odio<sup>49</sup> erant,<sup>49</sup> cum Pontum provinciam,

<sup>45</sup> ebédután = nach Tisch      <sup>46</sup> elaludni = einschlafen  
<sup>47</sup> üresbeszédű = der Eitäles schwatzt      <sup>48</sup> bosszúság = Unwille, Aerger      <sup>49</sup> vkit ki nem állani = jmd. nicht ausstehen

ad quam administrandam a Caesare Caracallā missus erat, penitus exhaustire atque exinanire<sup>50</sup> non potuisset.

Manū plausum<sup>51</sup> fecit<sup>51</sup> et lecticam poposcit. Haud longā morā interpositā quattuor servi, Thraces validi eum lecticā ad Circum Maximum gestabant.

In viis magna multitudo hominum fluctuabat. Vulgus ex hominibus omnis generis constabat. Fuerunt cives inferioris gentis, qui datā occasione suffragia plurimo<sup>52</sup> licentibus<sup>52</sup> venderent. Cernerēs iuvenes, qui pollicem sacramenti<sup>53</sup> detrectandi<sup>53</sup> causa amputaverint vel feminas, quae capillos flavos<sup>54</sup> tinixerint,<sup>54</sup> ut captivas feminas Germanicas venustate<sup>55</sup> aemularentur vel patricios, qui gulæ studiosi digito in gulam immissō vomitum<sup>56</sup> provocarent, ut rursus novas epulas repeterent.

Lucio Severiano, cum per forum fertur, ante ipsum porticum Basilicae Aemiliane subito in mentem venit in vico pone Basilicam flexuoso<sup>57</sup> Diggam, anum<sup>58</sup> fatidicam<sup>58</sup> per urbem notissimam habitare. Praecepit igitur lecticariis, ut eum ad anum ferrent, quam consulere voluit, quam diu victurus esset, si ab cena multiplici<sup>59</sup> et poculis<sup>60</sup> largis se non abstineret.

Digga hospitem illustrem in<sup>61</sup> conclavi<sup>61</sup> obductis<sup>61</sup> velis<sup>61</sup> opaco<sup>61</sup> exceptit. In pariete orbem<sup>62</sup> signiferum,<sup>62</sup> quem Graeci zodiacum<sup>62</sup> vocant, depictum cernerēs.

Digga erat senica<sup>63</sup> naso<sup>64</sup> adunco,<sup>64</sup> cui in maxilla<sup>65</sup> putridi<sup>66</sup> dentes rari lababant.<sup>67</sup> Lineamenta<sup>68</sup> oris<sup>68</sup> pallidi pergamenae similimi sescantas fecerant rugas<sup>69</sup> asperas, at oculi nigri ut carbones vivi<sup>70</sup> ardebant. In tripode<sup>71</sup> sedebat, coram in sartagine<sup>72</sup> ignis flagrabat, ad pedes eius pardus<sup>73</sup> Africanus iacebat. Animum<sup>74</sup> senatoris illico percussit<sup>74</sup> id, quod haec femina quoque ab oriente orta est et quidem ex parentibus Poenis. Poeni autem nati sibi hostes erant. Subito metu anxius secum sic cogitabat: quam dira mens,<sup>75</sup> quanta audacia est quaerere, quem mihi finem dii dederint. Hi Orientales sunt homines callidi et incomprehensibiles,<sup>76</sup> quibus quae-dam vis divina re vera inesse videtur. Quid, si vaticinatores<sup>77</sup> illi futura prospicientes veritatem dicant? Quid, si ista anus immaturam mortem mihi praedicat? Et cor Lucii Severiani

sudore frigido suffusi vehementer palpitabat,<sup>78</sup> cum secreta<sup>79</sup> animi proferret.

Anus<sup>80</sup> saga<sup>80</sup> varios odores<sup>81</sup> in ignem coniecit. Oculos operit.<sup>82</sup> Ex accensis odoribus pinguis fumus volat lividus<sup>83</sup> ad auras. Mox repente flamma in altum exsilit. Saga quaedam obscura<sup>84</sup> susurrat, dein oculis apertis dicit:

«Domine potentissime, ede, quod et quantum vis. Sed cave, ne quem digito occides: eodem die tibi moriendum erit».

Lucius Severianus aliquot nummis<sup>85</sup> argenteis projectis abiit. In lectica cubans, quae audivit, secum reputabat.<sup>86</sup> Frons eius contractus<sup>87</sup> explicatur.<sup>88</sup> Se esurum scilicet, quantum posset, id tantum sibi cavendum esse, ne ipse digito post cenam in gulam immisso se suffocaret.<sup>89</sup>

Interim ad circum appropinquabat. Clamor hominum dissonus iam ex<sup>90</sup> longinquο<sup>90</sup> percipitur. Senator, qui machinationibus<sup>91</sup> religiosis<sup>91</sup> Orientalium tenebatur, in animo habebat Horo, deo Aegyptio et Dagoni, perantiquo Carthaginiensium numini singula lumina accendere.

Lecticā relicta in spem erectus, et pinguis, ut erat, et altus,<sup>92</sup> toga<sup>93</sup> trabea<sup>93</sup> amictus

<sup>50</sup> kizsákmányol = ausplündern    <sup>51</sup> tapsol = klatschen

<sup>52</sup> a legtöbbet igérő = meistbietend    <sup>53</sup> a katonai szolgálatot

megtagadni = den Kriegsdienst verweigern    <sup>54</sup> szókére

fest = blond farben    <sup>55</sup> szépség = Schönheit    <sup>56</sup> hánýás = Erbrechen

<sup>57</sup> kanyargós = voll Krümmungen    <sup>58</sup> öreg

jónő = alte Wahrsagerin    <sup>59</sup> sokfogású = aus vielen

Gängen bestehend    <sup>60</sup> pohár (ivás) = Glas (das Trinken)

<sup>61</sup> elfüggönyzött homályos szoba = ein dunkel verhangenes

Zimmer    <sup>62</sup> állatöv = Tierkreis    <sup>63</sup> vénasszony = altes

Weib    <sup>64</sup> horgas, kampós orr = Habichtsnase    <sup>65</sup> áll-

kapocs = Kiefer    <sup>66</sup> elszuvasodott = voll Fäulniss

<sup>67</sup> inog = wackeln    <sup>68</sup> arcvonások = Gesichtszüge

<sup>69</sup> ránc = Falte der Haut    <sup>70</sup> izző = glühend    <sup>71</sup> három-

lábú szék = Dreifuss    <sup>72</sup> serpenyő = Pfanne    <sup>73</sup> párduc

= Panther    <sup>74</sup> átvillant a lelkén = der Gedanke durch-

fährt seinen Kopf    <sup>75</sup> gondolat — Gedanke    <sup>76</sup> meg-

foghatatlan = unbegreiflich    <sup>77</sup> jós = Wahrsager

<sup>78</sup> ver, dobog = klopft    <sup>79</sup> titkos gondolatok = geheime

Gedanken    <sup>80</sup> a vén jónő = die alte Wahrsagerin

<sup>81</sup> illatos fűszer = wohlriechende Gewürze    <sup>82</sup> behény =

niederschlägen    <sup>83</sup> kékes = bläulich    <sup>84</sup> érthetetlen szava-

vak = unverständliches Zeug    <sup>85</sup> pénzdarab = Geldstück

<sup>86</sup> átgondol = überdenken, erwägen    <sup>87</sup> összeráncojni =

runzeln    <sup>88</sup> kisimul = entfalten    <sup>89</sup> megföjt = ersticken

<sup>90</sup> messziről = aus der Ferne    <sup>91</sup> babonás fondorkodás =

abergläubische List    <sup>92</sup> méltóság teljesen = den Kopf

hochtragend    <sup>93</sup> lovagok és augurok hiv. ruhája = Staats-


kleid der Ritter und Auguren. Haec toga candida purpureis

pannis erat virgata (= biborcsíkos t. = mit Purpurstreifen

versehene T.)

inter homines confabulantes<sup>94</sup> ad sedem<sup>95</sup> suam secretam<sup>96</sup> incedebat. Nunc prioris consilii iam pudebat. Equitem Romanum et senatorem falsis Orientalium deis sacrificare non decreta.

Consedit. Sedilia Caesaris et senatorum omnia vacua fuerunt. In arena duo gladiatores, unus Cappadox, alter Syrius, certamen conservabant. Gladiatores tres missus<sup>98</sup> peregerunt. Syrius tertio missu devictus ad arenam incidit. Cappadox laevo pede devictum pressit<sup>97</sup> superque eum assistens truces oculos circumferebat. Mille atque mille fautores pollicem<sup>98</sup> presserunt, ut gratiam Syrio peterent. Sed Cappadox



tantum hominem pinguem in sede senatoria sedentem contra<sup>99</sup> intuebatur.<sup>99</sup> Lucius Severianus inani superbiā elatus pollicem vertit. Quo facto Cappadox devictum gladio traiecit.

Magna multitudo spectatorum in publicum se effundit. Iam advesperascit. Servi facem praeferentes turbam summovent.<sup>100</sup> Lucius Severianus longum trahens<sup>101</sup> spiritum<sup>101</sup> frigiditatem aeris vespertini haurit. Illico spiritus intercluditur. In mentem ei venit hodie digito suo hominem occisum fuisse. Cor eius vehementer salit. Servis praecipere vult, ut consistant.<sup>102</sup> Vires deficiunt. Omnia circum te nebris nigrescunt. Corpus in latus inclinat. Animam edidit.

*Finis.*

<sup>94</sup> cseveg = schwatzen    <sup>95</sup> elkülönített hely, páholy = Loge    <sup>96</sup> menet = Gang, Runde    <sup>97</sup> rálép = treten auf    <sup>98</sup> Spectatores pollice significabant vitam aut mortem: fautores devicti pollicem premebant, damnatores retro vertebant et subrigebant    <sup>99</sup> szembe néz = ins Angesicht schauen    <sup>100</sup> helyet csinál = Platz machen    <sup>101</sup> lélegzetet vesz = Atem holen    <sup>102</sup> megáll = Halt machen

## Hypatia.

(16.)

Scripsit Carolus Kingsley, Hungarice reddidit Arpadus Zigány. Excerpsit atque in Latinum convertit: Valentinus Fehér.

### Liber secundus.

#### I. Arsenius reperit Philammonem.

Quodam die Gothi omnes unā cum Pelagia ceterisque puellis viserunt scholam Hypatiae. Nam Agilmundus narraverat se pridie casu<sup>1</sup> venisse ad Museum et curiositate<sup>2</sup> ductus cum iuvenibus intrasse domum et audivisse verba puellae pulcherrimae, quamquam ea non intellexisset. Adeo laudaverat Hypatiae pulchritudinem, ut Gothi rem experiri decernerent. Hypatia, quae primum scholam habere noluerat, obstupefacta vidit auditores barbaros quiete honesteque se gerere. Scholā finitā cum Gothi egressi essent, Pelagia vidit senem quendam monachum sibi inhiare<sup>3</sup> et flere. Iussu eius monachus a duobus Gothis attractus est. «Cur fles?» — quaerit Pelagia.

— Quid ego ni<sup>4</sup> fleam? — ait senex maestus, — cum videam, quam pulchra sis teque igni gehennae<sup>5</sup> arsuram esse?

— Igni gehennae? — inquit Pelagia cohorescens.

— Num nescis? Esne oblita tuorum peccatorum?

— Ego? in neminem enim pecco.

Tum Gothi semoto monacho domum ierunt. Monachus rediit ad portam Musei et diligenter observavit catervam, quae se e schola effundebat. Cum Philammonem conspexisset, aggressus manum in umero eius imposuit. «Pater!» — exclamat Philammo, ut Arsenium conspexit.

— Nunc igitur illi sunt amici tui? — quaerit Arsenius.

— Deus meliora<sup>6</sup>! nihil mihi cum istis profligatis,<sup>7</sup> nisi quod ii quoque una mecum in schola sedent.

— Ubi illa puella pagana docet?

— Illa puella pagana — respondet Philammi suppressā voce.

— Qui sunt illi Gothi, quos dudum<sup>8</sup> in via vidi?

<sup>1</sup> véletlenül = zufällig

<sup>2</sup> kíváncsiság = Neugierde

<sup>3</sup> száját tátja = nach etw. hingaffen    <sup>4</sup> quidni = miért ne? = warum nicht?    <sup>5</sup> pokol = Hölle    <sup>6</sup> Isten ments! = Gott bewahre!    <sup>7</sup> nyomorult = elend    <sup>8</sup> imént = vor Kurzem

— Sunt viri improbi ac crudeles. Sed tu unde eos novisti? Nam cum e Museo egressus essem, cum Pelagia loquebaris. Cur et quomodo cum illa femina corrupta, quam omnes Alexandrini contemnunt, colloqui potuisti?

— Animum meum — ait Arsenius — aliqua clandestina miseratio invasit.<sup>9</sup> Sed tu unde eam novisti?

— Omnes Alexandrini neverunt illud animal flagitiosum<sup>10</sup> — interfatur<sup>11</sup> Eudaemo, qui tum advenit. — Ac multi exsecrantur Mariam, quod Athenis illam puellam sibi impegit.<sup>12</sup>

— Mariam? — quaerit repente Arsenius. — Estne mulier Iudaea? anus Iudaea?

— Iudaea est — assentitur<sup>13</sup> ianitor — ac vetula.

— Quomodo Pelagia venit Athenis?

— Statim ut barbari urbem diripuerunt, — ait ianitor. — Maria anus eam cum multis aliis servis adduxit.

— Tempus competit<sup>14</sup> — ait Arsenius. — Potestne illa anus inveniri?

— Statim eam accersam — ait ianitor et continuo cursu<sup>15</sup> se proripuit.<sup>15</sup>

— Iam scis — inquit Arsenius, postquam ianitor discessit — Athenis te huc venisse tum, cum barbari urbem destruxissent et diripiuerint. At scisne te a me huc esse delatum? Sed adhuc modeste<sup>16</sup> tacui. Et nunc dic, meministine patris tui vel matris, fratri vel sororis vel alicuius rei Atheniensis?

— Non, pater.

— At si haberet fratrem... sororem... o Deus misericors!... Tantum existimo, fortasse...

— Fratrem?! sororem?! — exclamat Philammo animo concitatus. — An Pelagia?

— Deus meliora! At ego scio tibi fuisse... sororem, quae tribus vel quattuor annis senior, quam tu, visa est.

— Et tu vidisti eam? noveras?

— Semel tantum vidi isque dies fuit tristissimus.

— Cur non eam quoque huc adduxisti?

— O mi fili, hoc non per me stetit.<sup>17</sup> Alii, qui plus pecuniae habebant, maius, quam ego poteram, pretium pro ea obtulerunt. Cum ultimum eam videram, ab aliqua Iudaea anu empta est. Faxit<sup>18</sup> Deus, utinam ea sit Maria!

— Ego habeo sororem! — clamat Philammo

singultans. — Requiramus eam, mi pater, requiramus! O, Pelagia quoque Atheniensis est; ea quoque tum abrepta est, cum urbs dissipata est.<sup>19</sup> Festinemus ad eam. Quid si novit meam sororem?

— Non ita, mi fili. Prius exspectare debemus, quid renuntiet Maria. Ego enim tuam sororem non Athenis, sed Ravennae vidi teque inde adduxi.

— Tum eamus ad Mariam. Ego scio, ubi habitat. Aut si cum Pelagia vis sermonem conferre,<sup>20</sup> eo quoque te deducam.

Arsenius non ad Mariam, sed ad Pelagiam se duci iussit. Sed cum iam vix triginta passus a porta Gothorum abessent, Petrum lectorem cum manu monachorum sequi viderunt. «Ergo deprehendisti<sup>21</sup> hunc apostamatam?<sup>22</sup> — ait Arsenio Petrus.

— Ut vides, repperi filium prodigum,<sup>23</sup> qui me amore accepit neque tam scelestus est, quam dixistis. Nunc vero libenter reverteris, nonne Philammo?

— Pro dolor, mi pater — gemit Philammo — tecum reverti non possum.

— Reverti non potes? — ait Petrus. — An nescis te servum esse Arsenii, qui te sub corona<sup>24</sup> emerit in oppido Ravenna? Itaque ius habet te retrahendi in carcerem patriarchae.

— Mentiris! — ait Philammo dentibus frendens. — Ego sum Atheniensis patricii filius. Ipse Arsenius dudum hoc dixit.

— Nil refert; tamen sub corona te emit, quod testificari<sup>25</sup> potest. Apprehendite servum, fratres!

Monachi iam in eum incurrebant, cum e compito<sup>26</sup> repente satellites<sup>27</sup> praefecti emergentes<sup>28</sup> eos increpuerunt: «Decedite nobis, vulgus! Decedite praefecto!» Tum Philammo, cui specula<sup>29</sup> animum subierat, disturbatis iis,

<sup>9</sup> megszáll = befallen <sup>10</sup> gyalázatos = schändlich <sup>11</sup> közbeszól = dazwischen reden <sup>12</sup> nyakára hoz = aufnötigen

<sup>13</sup> helyesel = zustimmen <sup>14</sup> összevág = zusammentreffen

<sup>15</sup> elrohan = davonrennen <sup>16</sup> szerényen = bescheiden

<sup>17</sup> nem rajtam múlt = es liegt an mir <sup>18</sup> adná = gebe!

<sup>19</sup> fölprédál = verschleudern <sup>20</sup> beszélget = ein Gespräch

anknüpfen <sup>21</sup> elcsíp = erwischen <sup>22</sup> hitehagyó = der Ab-

gefallene <sup>23</sup> tékozló = verschwenderisch <sup>24</sup> rabszolgá-

vásáron = Sklavenmarkt <sup>25</sup> bizonyít = beweisen <sup>26</sup> utca-

kereszteződés = Strassenkreuzung <sup>27</sup> testör = Trabant

<sup>28</sup> előbukkan = erscheinen <sup>29</sup> reménysugár = Schimmer von Hoffnung

qui circa se stabant, ad praefecti currum assiluit et eum apprehendens exclamavit: «Ego sum liber civis Atheniensis, atque hi monachi me, quasi servum, abripere volunt. Confero me in fidem et clientelam<sup>31</sup> tuam. Quid faciam?»

— Quod tibi libet — respondet praefectus.  
— Si vis sequi meum consilium, percute hos nebulones et facesse<sup>32</sup> hinc.

Philammo igitur disturbatis obstantibus celeri fuga petebat domum Pelagiae, nil curans monachos, qui vociferantes<sup>33</sup> vestigis ipsius instabant.

*Ad numerum proximum.*

<sup>30</sup> szétlökdös = auseinandertreiben      <sup>31</sup> pártfogás = Schutz      <sup>32</sup> kereket old = Reissaus nehmen      <sup>33</sup> ordit = schreien

## Salse dicta.

Bernardus Shaw scriptor Britannicus clarissimus aliquando litteras ab artifice scaenica pulcherrima accepit, quarum sententia<sup>1</sup> haec erat: «Liberi vim ingenii a patre, naturam corporis a matre hereditate<sup>2</sup> accipere<sup>2</sup> dicuntur. Si igitur filium pulcherrimum prudentissimumque habere vis, duc me uxorem!» Shaw hoc dedit responsum: «Non audeo facere, quae offers, timeo enim, ne filius ingenium a matre et naturam corporis a patre hereditate accipiat.»

*Magd. Jóboru*

abituriens Kúnszentmiklósiensis.

Petrus Costa sculptor<sup>3</sup> Italus quandam Genuae epulis vespertinis interfuit. Nonnulli hospitum maiores suos laudibus<sup>4</sup> extulerunt,<sup>4</sup> quae cum sculptor taciturnus audiret, rogatus, ut aliquid de vita maiorum narraret: «Avus meus — inquit — nunquam in terram spuisse<sup>5</sup> fertur, nisi diebus festis.» Ceteris admirantibus, quinam causae avus habuisset: «Quia — respondit ille — ceteris diebus ligonem<sup>6</sup> melius prensuro in palmas suas ei spuendum erat!»

*Victor Kósa*  
abituriens Keszhelyensis.

<sup>1</sup> tartalom = Inhalt      <sup>2</sup> örököl = erben      <sup>3</sup> szobrász = Bildhauer      <sup>4</sup> magasztal = verherrlichen      <sup>5</sup> köp = spucken  
<sup>6</sup> kapa = Hacke



Aegyptii lugent obitum Fuadi regis, qui 68 annos natus heredem regni filium 16 annorum reliquit. Angli timent, ne factio nationalis rege mortuo tutelam<sup>1</sup> gubernatoris Britannici, quasi iugum excutere velint.


Ottorinus Respighi auctor musicus clarissimus, discipulus Rimsky-Korsakoffii et Bruchii, qui anno praeterito, cum fabula eius musica »Flamma« in odeo<sup>2</sup> Budapestinensi primum ederetur, maxima cum assensione et applausu salutatus est, nunc 57 annos natus



in patriam harmoniarum perpetuarum rediit. *Orpheum* Monteverdianum a se ipso ad novam stilum<sup>3</sup> musicum accommodatum,<sup>3</sup> qui nunc in odeo nostro auditores delectat, videre<sup>4</sup> iam non potuit.

Albertus Berzeviczy, quem nuper nuntiavimus abdicasse se munere praesidis Academiae scientiarum Hungaricæ, 83 annos natus mortuus est. Virum summae eruditonis, auctorem

<sup>1</sup> gyámkodás = Vormundschaft      <sup>2</sup> operaház = Opernhaus      <sup>3</sup> átdolgoz = umarbeiten      <sup>4</sup> megérni = erleben



multorum librorum historiam et artes tractantium optimus quisque luget.

**In Hispania** communistae iam pridem totam rempublicam perturbant. Quotidie aedificia publica, quin etiam templa incenduntur et expoliantur, homines autem factionum religio nem colentium trucidantur. Novissime *Zamora* praeses ipse coactus est, ut magistratu se abdicaret.

**Poloni pro Hungaria.** Polonus et Hungaros nunquam discordia diiunxit. Pro libertate Hungarorum Poloni et invicem pro libertate Polonorum Hungari saepe arma cepere. Pacem Trianonicam, quae Hungariam adeo mutilavit, soli Poloni non subscrivserunt, quia fines communes habere cum Hungaris volunt. Nuperime *Marianus Zyndram Koscialkowski* praeses ministrorum Poloniae, apud quem nostri ministri Varsoviae anno praeterito erant,<sup>5</sup> carus omnibus exspectatusque Budapestinum venit veterem amicitiam duorum populorum con-

firmandi causa. In imagine nostra *Koscialkowski* et *Julius Goemboes* in ripa Danuvii stant, trans Danuvium aedificium<sup>6</sup> senatus<sup>6</sup> cernitur.

**Revisio pacis<sup>7</sup> foederum<sup>7</sup> inhumano rum** — quorum tabulas, ut signarent, populi «victi» coacti sunt — cum a Germanis iam effecta sit, non solum ab Hungaris, Austriacis et Bulgaris possit, sed etiam ab Anglis, qui confitentur Germanos recte putare pacem diuturnam non nisi inter populos aequi iuris esse posse.

**In Rumania,** ut statistici nuntiant, 150 milia hominum sunt fatidici<sup>8</sup> et medie castri,<sup>9</sup> qui grandem pecuniam emerentur,<sup>10</sup> quia maxima pars hominum superstiosorum<sup>11</sup> medicis diffidit.

**In Cechoslovacia** magistratus Vratislensis vetuit opera Ciceronis, Horatii, Sallustii, poëtarum Goethe et Schiller etc. in sermonem Hungaricum conversa in numerum librorum bibliothecae publicae ascisci.

**In Australia** magistratus Melburnae urbis vetuit in actis diurnis caedes hominum aliasque violentias per longum et latum enarrari, ne viri degeneres talia legendendo ad imitandum incitarentur.

**Haile Selassie rex Abyssiniae** cum familia regnum reliquit. Magna est perturbatio Genavae primoribus Nationum Societatis nesciis, quid faciendum sit.

<sup>5</sup> látogatóban = zum Besuch sein    <sup>6</sup> országház = Parlament    <sup>7</sup> békeszerződés = Friedensvertrag    <sup>8</sup> jövendőmondó = Wahrsager    <sup>9</sup> kuruzsló = Kurpfuscher    <sup>10</sup> keres = verdien    <sup>11</sup> babonás = abergläubisch.

### Librorum recensio.

**Latinitas mathematica.** Iis, qui de rebus mathematicis Latine disserere volunt, liber summopere commendatur, qui inscribitur: *Keresztesi Mária: «A magyar matematikai műnyelv története. Die Geschichte der ungarischen Fachsprache in der Mathematik. Közlemények a debreceni tudományegyetem matematikai szemináriumából. XI. füzet. Mitteilungen des mathematischen Seminars der Universität Debrecen (Ungarn). XI. Heft. 1935.»* Olim in scholis discipuli etiam mathematicam Latine discebant. Ex hoc libro 197 paginarum comperimus, quomodo termini technici huius scientiae Hungarici paulatim facti sint. Summarium libri lingua Germanicā scriptum haud inutile fore constat. Exempli causā excerptimus haec:

*aequatio*: egyenlet = Gleichung; *summa* : összeg = Betrag; *extractio radicis*: gyökvonás = Wurzelziehen; *factor*: tényező = Faktor; *triangulum*: háromszög = Dreieck; *annuitas*: évjáradék = Jahresrate; *factum*: szorzat = Produkt; *regula detri*: hármaszábály = Regeldetri; *anatocismus*: kamatos kamat = Zinseszinsen; *interes*: kamat = die Zinsen; *diameter*: átmérő = Durchmesser; *potentia*: hatvány = Potenz; *fractio*: törtszám = Bruchzahl; *denominator*: nevező = Nenner.

**Libri aenigmatum.** Aenigmata solvendo discipulos non solum delectari, sed etiam in studio linguae Latinae proficere quis neget? Quare amantibus oblectamentorum huius generis summopere commendamus libros Ottonis Schmied professoris Vindobonensis, qui inscribuntur: «Fröhliches Latein. I. Teil. 150 lateinische Rätsel im Anschlusse an den ersten Teil des *Liber Latinus* von Gaar-Schuster. Zweite völlig umgearbeitete Auflage. Österreichischer Bundesverlag für Unterricht, Wissenschaft und Kunst Wien und Leipzig 1935. — II. Teil. 250 lateinische Rätsel usw. Ibidem 1933. — III. Teil. 120 lateinische Rätsel im Anschlusse an *Caesaris De Bello Gallico*. Appendix: XIV Carmina Germanica in versus Latinos translati ab Ottone Schmied. Ibidem 1936.» Preium primi et tertii fasciculi 1—4 scellini (Schilling), secundi 1.40 S. Idem auctor etiam librum aenigmatum Graecorum compositum, qui inscribitur: «Aenigmata Hellenika.» 100 griechische Rätsel im Anschlusse an den ersten Teil des *Liber Graecus* von Gaar-Hrazky-Schupp. Ibidem 1934. Preium 1 S.

Lectores ephemeridis nostrae, qui libenter aenigmatibus componendis operam dant, ex his libris discere poterunt, quot genera aenigmatum existant. Tanta varietas aenigmatum ab auctore ingenioso atque linguae Latinae peritissimo collecta est, ut nomina ipsa singulorum generum fere parvum vocabularium faciunt. Singulis libris index verborum aditus lectorem in solvendo adiuvat. Aenigma ab Ottone Schmied compositum in hoc fasciculo publicamus, ex translationibus autem carminum haud dubie poëticis primam stropham Hymni Austriaci excerptimus:

Benedictum sine fini<sup>1</sup>  
Pulchrum solum patriae!  
Virides te ornant pini  
Et aristae aureae.  
Labor durus, haud impurus,  
Pietas Germanica:  
Quam amoenus ager tuus  
Deus tecum, Austria!

**Libri de Abyssinia.** 1—2. Il conflitto italo-etiopico. Estratto dal memoriale italiano presentato alla Società delle Nazioni. — Az olasz-abesszin konfliktus. A Népszövetséghez benyujtott olasz memorandum kivonata. — 3. Prof. G. C. Baravelli: L'ultimo baluardo della schiavitù: l'Abissinia. III. edizione. Società editrice di «Novissima». Roma 1935. A. XIII.

Hos libros perlegentium nemo intelligere potest, cur et quomodo hoc regnum barbarorum, ultimum mangonum<sup>2</sup> refugium, Nationum Societati ascisci potuerit. Rex (vulgo: negus) primoresque, quamquam promiserunt se servitium funditus e republica

sublaturos esse, tamen adhuc non effecerunt, ut 20 centena milia mancipiorum manumitterentur. Quam crudeliter reus, sive servus, seu liber, in Abyssinia puniatur et excrucietur, quin etiam mutiletur<sup>3</sup> photographi illustratur. Leprosi — fere 50 milia — non secluduntur, sed palam ante oculos omnium versantur. Adde, quod coloniae Italorum a gentibus finitimus barbaricis, quos ne rex quidem coērcere potuit, assidue vexabantur. Quae cum ita essent, Itali populos Abyssiniae bello subigentes etiam beneficio afficiunt, quare nonnulli iam principes gentes que ulro se dederunt. In imagine nostra flagellatio publica cernitur.

<sup>1</sup> = fine <sup>2</sup> rabszolgakereskedő = Sklavenhändler <sup>3</sup> megconkit = verstümmeln.



### Locosa.

1. Homo nuper<sup>1</sup> dives<sup>1</sup> factus<sup>1</sup> venatur. Lepus sclopeto<sup>2</sup> eius occurrit. «Tu quoque testamentum facere potes» dicit venator novus, et temere sclopeto ad animal collineato<sup>3</sup> deurit.<sup>4</sup> Lepus autem intactus aufugit, quo viso saltarius<sup>5</sup> pone herum stans tranquille mussitat<sup>6</sup>: «Iam currit ad advacatum».

*Lucia Gonda* disc. Theresiani.

2. Rusticus: «Ego equidem dico, vicine, medicos nihil scire». — «Unde hoc putas?» quaerit ille. — «Medicus enim uxoris fratrem\*

<sup>1</sup> újgazdag = neureich    <sup>2</sup> puska = Flinte    <sup>3</sup> céloz = zielen    <sup>4</sup> elsüti = schiessen    <sup>5</sup> erdész = Förster    <sup>6</sup> dünyögy = in den Bart brummen    \* sógor = Schwager



phthisi<sup>7</sup> pulmonali<sup>7</sup> moriturum esse dixit, attamen ille ictus pedibus equi sepultus est».

Ios Takács abituriens Dombovarensis.

*3. Leges mathematicae non semper valent.*

Magister : Nuper additionem<sup>8</sup> didicistis. Dic mihi quodlibet exemplum, Petre !

Petrus : Unus bos et unus equus sunt duo.

M. : Asinus es. Quoties dixi vobis res tantummodo eiusdem generis addi aut subtrahi<sup>9</sup> posse, e. c. : 2 equi + 2 equi = 4 equi.

P. (paululum meditatur) : Tamen id quoque accidit, domine magister, ut res non eiusdem generis addantur.

M. : Dic igitur. Audire velim.

P. : Vacca nostra quotidie 10 litras lactis dat. Pater addit 6 litras aquae, et soror mea 16 litras lactis in urbe vendere solet.

Adalb. Selyeby disc. gymn. Univ.

*4. Hic valde bene valeo.*

*In collegio nos clausi  
non sumus, sed laeti  
ut servi miseri Romae  
manumissi<sup>10</sup> vivebant,  
vitam nostram agimus.*

Quidam discipulus hanc chartam postalem amico suo scripsit. Censor epistularum versūs insequentes ordine legens nihil animadvertisit, sed nos ex versibus pari numero longe aliter legimus.

Paulus Farkas.

5. Centurio summopere studebat, ut milites centuriae suae de viris illustribus et factis eorum egregiis certiores<sup>11</sup> fierent.<sup>11</sup> Aliquando interrogat militem gregarium non satis compotem mentis : «Scisne, quis fuerit ille Byrd?»

Maxima cum admiratione audit responsum: «Byrd fuit vir, qui ad polum meridionalem terrae profectus est».

— Optime ! Unde hoc scis?

Hodie dixit mihi optio<sup>12</sup>: Tu bos, cur non te quoque Byrd secum ad polum meridionalem tulit, ne tu amplius mihi videndus esses !

Felic. Gondán.

<sup>7</sup> tüdővész = Lungenschwindsucht      <sup>8</sup> összeadás = Zusammenzählung      <sup>9</sup> kivon = abziehen      <sup>10</sup> szabadon bocsátott = frei lassen      <sup>11</sup> tudomást szerez = belehrt werden      <sup>12</sup> őrmester = Feldwebel

**Fuga mea ex Transsilvania.** <sup>(6)</sup>

Historia vera. Commentarios *Victoris Maderspach* Latine libere redditum *I. Guelmino*.

*6. Ego ipse inconsultus facultatem opprimendi facio.*

Surridens quis<sup>1</sup> sim,<sup>1</sup> aperio.<sup>1</sup> (Omni modo surridendum erat, nam si contingat<sup>2</sup> mihi evadere ex hoc discriminē<sup>3</sup>: liberatus sum ; si non : sive illi sclopculo interficiantur, seu ego, dummodo utcunque liberer.) Vestitus meus elegans, vultus rasus,<sup>4</sup> manus cultae et quies motuum, sermo Valachicus vocabulis Gallicis mixtus me hominem doctum, cultorem<sup>5</sup> Rumanorum, mercatoremque divitem esse ostendunt.<sup>6</sup> Nil autem facundius<sup>7</sup> pecuniā loquitur, quam cum in palmam<sup>8</sup> illabi<sup>9</sup> sensissent, omnia bona, recta, iusta esse vultu nitenti<sup>10</sup> annuebant.<sup>11</sup> Et sine dubio bene rationabantur,<sup>12</sup> quoniam non sic praestat se, qui per montes nivesque fugit necem.

Etsi res optime gerebantur, periculum mihi imminere, porroque fugiendum esse manifestum erat. «Maxime doleo — dixi ergo — sed nemo vitat sortem. Et mercatoris est ad negotium<sup>13</sup> pergere,<sup>13</sup> id est cursitare. Mihi eundum est. Si autem non negabitur mihi in automobili meo societate vestrā frui, maximo afficiar gaudio.»

Detectivi responderunt, quamquam vetatum esset oppidum relinquere, tamen ne a quoque custode probationem<sup>14</sup> identitatis poscenti prohiberer, mihi adesse, ut extra urbem comitarentur, suum esse.<sup>15</sup>

Sic ego et amicus illa nocte provecti, altero die Pentecostes iam per oppidum Lugos faciebamus iter. In oppido ubique edictum<sup>16</sup> cum imagine mea in muris pretium<sup>17</sup> sanguinis<sup>17</sup> promittit. Nil admirandum, quod magno angore<sup>18</sup> liberatus sum, cum oppidum post tergum habebam. Ceterum hoc die maximum iter facientes cursu celerrimo usque ad urbem

<sup>1</sup> bemutatkozni = sich vorstellen      <sup>2</sup> sikerül = es ge-

<sup>3</sup> váláságos helyzet = Gefahr      <sup>4</sup> borotvált = rasiert

<sup>5</sup> tisztelel = Verehrer      <sup>6</sup> jelez = bemerklich machen      <sup>7</sup> ékes-

szólóbban = überzeugender      <sup>8</sup> markukba = Hand      <sup>9</sup> be-

csusszanni = hineinschlüpfen      <sup>10</sup> ragyogó = strahlend      <sup>11</sup> rá-

bólínt = zustimmen      <sup>12</sup> okoskodni = schliessen, folgern

<sup>13</sup> üzlet után fut = an seine Geschäfte gehen      <sup>14</sup> igazol-

vány = Ausweis      <sup>15</sup> kötelességük = es wäre ihre Pflicht

<sup>16</sup> falragasz = Plakat      <sup>17</sup> vérdij = Blutsold      <sup>18</sup> szorongás =

Angst

Temesvár pervenimus. Ubique agri fertilissimi, granaria<sup>19</sup> Europae. Inter agros autem plurima novalia<sup>20</sup> herbis<sup>21</sup> inutilibus<sup>21</sup> obsita<sup>22</sup> cernebantur. Nonnullis locis vacca pascebatur custodita. Hi sunt agri illi, qui lege agrariā possessoribus iustis erepti (quorum labore quotannis messim beatam protulerant) et Vǎlachis dati sine cultu vastae solitudines fiunt.<sup>23</sup>

In urbe Temesvár sumus. Auriga automobilis<sup>24</sup> cum automobili remittitur, quia «siguransa»<sup>25</sup> automobilia perscrutatur, quod ut maximā cum diligentia perficiatur, pretium sanguinis satis magnum est. Amicos etiam in hoc oppido habebamus, apud quos cibo potuque refecti<sup>26</sup> nil morantes curru reliquimus urbem, extra quam unus ex amicis iam expectabat nos, automobili usque ad confinia portaturus. Provecti ad hunc amicum, mihi maxime inopinanti<sup>27</sup> accidit, ut in automobili duos viros : mensorem<sup>28</sup> Anderson et possessorem Balanescu, iam collocatos inveniremus. Quid sibi haec res velit, interrogabam me. Vix elapsus e primo muscipulo<sup>29</sup> iam alterum paratur mihi?

Automobile quasi alas haberet, volabat per vias. Nos in parte posteriore sumus collocati. Balanescu cum mensore ante nos sedet et sine intermissione<sup>30</sup> sermocinatur,<sup>31</sup> interdum reversus ad nos iterum atque iterum, mihi me oculis inquirentibus lustrare<sup>32</sup> videtur. Mihi in mentem venit edicti imaginem meam sanguinisque pretium continentis, quod iste homo nequam<sup>33</sup> certissime iam cognitum habens, sibi comparare in animo habet. Ut tam prope ad finem mihi omnes contentiones ad irritum redigantur<sup>34</sup>, intolerabile<sup>35</sup> videtur, maxime autem saluti esset sclopetulo hos ambos ante me sedentes confiendo, periculum occupare.<sup>36</sup> Zoltán, cui quid mente agitarem, prodidi, me delirare<sup>37</sup> dicit. «Noli timere et turbari — ait — omnia optime finiri pergunt, mensor — amicus mihi fidelissimus. Nimirum<sup>38</sup> sumis<sup>38</sup> huic Balanescu, an nescis anseres sermocinantes nihil dicere, bovesque oculos intendentis nihil aspectare?»

Reticui. Constitui antem, si sors ita ferret, me non inultum cadere.<sup>39</sup> Non ego, Zoltán iudicavit recte de re : amicissime inter nos discessimus<sup>40</sup>. Tum mihi Zoltán epistolam, quam amicus eius in oppido Temesvár scripserat,

tradidit, quācum familiam quandam, quae mihi fugienti iter porro praepararet, adirem. Ancilla roganti totam familiam ad certamen musicum<sup>41</sup> abiisse et ante horam decimam vix reversuros esse dicit, quin etiam praefectos militum Valachos domum frequentare garrit.<sup>42</sup> Et ego, qui non multo ante periculum fictum<sup>43</sup> vitandi causā paene parricida<sup>44</sup> civium factus sum, nunc vere delirans constitui adire in certamen musicum.

Ad arcam nummariam,<sup>45</sup> quae iuxta aditum erat, deposui saccum meum dorsuale.<sup>46</sup> Arcaria<sup>47</sup> oculis curiosis me intuebatur (boves intendunt oculos nihil intelligentes — venit mihi in mentem) nullo tamen verbo dicto. In exedra<sup>48</sup> odoi<sup>48</sup> Beethoven fidibus canitur<sup>49</sup> et animi auditorum evidenter<sup>50</sup> deleniti sunt.<sup>51</sup> Primo aspectu agnosco praefectos militum, non crepidatos,<sup>52</sup> sed desertores (vulgo : «renegatos»), qui heri aquilam bicipitem<sup>53</sup> adorabant et hodie in ornatu regis Ferdinandi eandem detrectant.<sup>54</sup> Pertaesus<sup>55</sup> in cenatum<sup>56</sup> transivi, ibique mihi assum<sup>57</sup> et vinum apponi iussi, quibus, cum optime fructus essem, de tergo susurrus indignabundus infert se auribus : «Abi quam celerime, arcaria te agnovit».

Rescipientis amicum vidi facie albā labrisque<sup>58</sup> trementibus astare. Exeuntem : «Cave domine centurio — monet summissā<sup>59</sup> voce arcaria — ego te semel vidi in oppido Petrosenio et statim agnovi. Undique quaerēris, cave, ne agnoscaris.»

Me insipientem esse et memet ipsum sine causa ultiro consequentibus obtulisse negare non potui. Zoltán nusquam cerni potuit, de-

<sup>19</sup> magtár = Kornspeicher    <sup>20</sup> ugar = Brachfeld  
<sup>21</sup> duvda = Unkraut    <sup>22</sup> ellepve = bedeckt    <sup>23</sup> vadonna = váglik = in eine Wüste verwandelt werden    <sup>24</sup> sofför = Chauffeur    <sup>25</sup> a román rendőrség = die rumenische Polizei  
<sup>26</sup> megerősöde = erquickt    <sup>27</sup> aki vmire nincs elkeszülve = wieder Vermuten    <sup>28</sup> mérnök = Ingenieur    <sup>29</sup> egér fogó = Mäusefalle    <sup>30</sup> szünet = unaufhörlich    <sup>31</sup> fecseg = plaudern  
<sup>32</sup> kímlélel = durchmustern    <sup>33</sup> gazfickó = Schelm    <sup>34</sup> füstbe megy = vereiteln    <sup>35</sup> elviselhetetlen = unerträglich    <sup>36</sup> megelőz = zuvorkommen    <sup>37</sup> meg vagyok bolondulva = verrückt sein    <sup>38</sup> túlbecsül = überschätzen    <sup>39</sup> bőrömöt drágán adom = seine Haut teuer verkaufen    <sup>40</sup> elválni = scheiden  
<sup>41</sup> hangverseny = Konzert    <sup>42</sup> kifecseg = ausschwatzen  
<sup>43</sup> képzelt = eingebildet    <sup>44</sup> gyilkos = Mörder    <sup>45</sup> pénztár = Kasse    <sup>46</sup> hátizsák = Rucksack    <sup>47</sup> pénztárosnő = Kassierin    <sup>48</sup> hangversenyterem = Konzertsaal    <sup>49</sup> B-t játszszák = wird gespielt    <sup>50</sup> szemlátomást = augenscheinlich  
<sup>51</sup> el van bűvölve = entzückt    <sup>52</sup> bocskoros = Bundschuhe traged = kétfejű sas = Doppeladler    <sup>54</sup> leszól = herabsetzen    <sup>55</sup> undorodvá = Ekel empfindend    <sup>56</sup> étkezőterem = Speisesaal    <sup>57</sup> sült = Braten    <sup>58</sup> ajak = Lippe    <sup>59</sup> suttogó = leise

stituit<sup>60</sup> me. Nihil aliud remansit igitur, quam ut iusto tempore ad domum prius memoratam redirem. Herus, cum in vestibulo epistolam commendaticiam<sup>61</sup> legisset, expallescens<sup>62</sup> ligno flammis foci injecto se rebus periculosis nunquam immisceri solere, neque quocum ageret scire, neque debere omnia suo periculō committere, neque haec a quodam ignoto quaeri posse respondens in cubiculum discessit. Abii.

Diu iam vias solus, pervagabar cum automobile sonans ante me constitit et amicus iam quaesitum esse, qui advenissent in automobili, annotavit. Summum adesse tempus vestem mutandi. Veste mihi traditā in extremo oppido cauponem inveniri posse, qui viatores sine syngrapho<sup>63</sup> per fines transferre soleret, dixit et statim se proripuit.<sup>64</sup>

(Continuabitur.)

<sup>60</sup> magára hagy = im Stich lassen      <sup>61</sup> ajánló = Empfehlungs-  
<sup>62</sup> elsápad = erblassen      <sup>63</sup> útlevél = Reisepass  
<sup>64</sup> elrohan = fortrennen.



Solutiones aenigmatum numeri VIII. et huius numeri proxime publicabuntur. Terminus solutionum ad moderatorem mittendarum 23. dies mensis Maii.

### I.

#### Patria omnia

Francisca Sole  
disc. Kaposvarensis.

#### II. Dissolvendum ad saltum equulei.

| Qu | c | d | i | I | o  | i  | t  | v |
|----|---|---|---|---|----|----|----|---|
| I  | v | t | n | c | b  | i. | t. | m |
| e  | o | i | o | n | l  | e  | o  | u |
| Q  | s | u | a | e | M  | m  | a  | s |
| d  | i | u | m | u | e  | r  | a  | v |
| t  | a | u | n | i | t  | u  | l  | u |
| i  | o | u | l | q | m. | n  |    | a |

Aenigma tria proverbia continent.

Lad. Kassa  
disc. Agriensis,

### III.

Inveniendum est verbum compositum, cuius prima syllaba intrat in secundam, secunda autem in primam, immo vero totum verbum intrat in primam syllabam.

Paulius Farkas.

#### IV. Quadratum magicum.


1. 2. 3.

|    |   |   |   |
|----|---|---|---|
| 1. | A | E | E |
| 2. | I | O | R |
| 3. | R | V | V |

1. Quid procul bis clamamus,  
Si avum visitamus?
2. «Quid eris?» rogo te.<sup>1</sup>
3. Est forma copulae.

Otto Schmied  
Vindobonensis.

1 i. e. puerum.



M. R. Re vera Rumani «Carmina Horatii selecta ad modos aptata» ab Iosepho Wagner cum inscriptione «Prohibe! Retour!» ad auctorem remiserunt. Curi? Quia libros in Hungaria sub prelum missos in Rumaniam importari vetitum est. — P. Nagy. Tu imaginem absentem in iocis numeri VIII. (Hui! Ventus! pag. 1.) quaeris. Tu igitur non intellexisti iocum ex ephemeride «Rádióélet» ad verbum translatum. Joci partim ex eadem ephemeride sumpti sunt, partim a moderatore scripti sunt. Nomina subscripta retro legantur (Carolus Ács, Ladislaus Magyar). — V. Temesy. «Coryphaeus servitorum» (pag. 122.): servitores sunt, qui coenam clericis apponunt, coryphaeus est praefectus. — O. Schmied. Nuntio uti non potui, quia commentatio longior Eugenio principe digna iam conversa erat. Ceterum libenter accipiam nuntios Austriacos, quos tu, Collega Carissime, scripseris. — E. Fenyőházi. «Schola iocosa» anno praeterito edita est. «Nux avellana» illepidior, quam iocosior est. Fabula tempore prodibit. — P. Sárközy. Carmen tuum corrigendum est. Primam stropham non intellego. — F. Hirsch, Th. Bruck. Salse dictum Francisci Liszt mense Iunio publicabitur. — De ceteris manuscriptis proxima occasione.

Sumptibus Societatis Magistrorum Intermedioscholarium Catholicorum. — A Katholikus Középiskolai Tanáregyesület költségén.

(Praeses: DR. IOANNES KISPARTI, elnök.)